



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem  
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.  
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum  
triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Approbationes Theologorum Qvi Demandato Ad. M. R. Di P. Generalis Hoc  
Opvs Perlegervnt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

APPROBATIONES THEOLOGORVM  
QVI DE MANDATO AD. M. R. DI P. GENERALIS  
HOC OPVS PERLEGERVNT.

**E**X ordinatione Admodum Reuerendi Patris nostri Generalis perlegi Homiliarum Quadragesimalium Reuerendissimi Episcopi HIERONYMI BAPTISTÆ DE LANVZA ex Hispanico idiomate in latinum translationem, opera & industria Adm. Venerabilis P. F. ONESIMI IPRENSIS Prædicatoris expolitam In ea nihil offendi Orthodoxæ fidei, sanæ doctrinæ, aut probis moribus contrarium. Cumque iam dudum pijs multorum votis fuerit desiderata, confidens cum applausu, & in Ecclesia Dei salutari fructu lucem visuram, iudico prælo dignissimam Lyra. 4. M. ij. 1648.

FR. SEBASTIANVS ANTVERPIENSIS Capucinus  
Exlctor S. Theologia Conuentus Lyani Guardianus.

**E**X commissione A. R. P. Generalis sedulo perlegi omnes tomos Homiliarum Quadragesimalium R. M. Episcopi HIERONYMI BAPTISTÆ DE LANVZA quas ex Hispanico in latinum idiomate transtulit A. V. P. ONESIMVS IPRENSIS Ordinis nostri Theologus & concionator. Nihil in illis reperi quod esset fidei aut moribus contrarium, omniaque cum Hispanico probe conveniunt, quare non modicâ Concionatorum, eorum præcipue qui Hispanica lingue peritiam non habent, aliorumque omnium utilitate prælo dari posse existimo.

Ita attestor.

A&um Antuerpiæ 25. Apr. An. 1648.

Fr. FABIANVS ANTVERP.  
Theologus & concionator  
Capucinus Ind.

FACULTAS AD. M. R. DI P. GENERALIS  
NOS. F. INNOCENTIUS A CALATAYERONE GENERALIS

MINISTER L. I. VNIVERSI ORD. FF. MINORVM CAPVCINORVM S. FRAN.

**H**omiliarum Quadragesimalium R. Patris D. HIERONYMI BAPTISTÆ DE LANVZA ex Hispanico idiomate in latinum translationem studio ac labore Admodum Venerabilis Patris FR. ONESIMI IPRENSIS nostri Ordinis Concionatoris iam ex toto expolitam; cum à Theologis Confratribus eiusdem Ord. nostri ex commissione nostra deputatis luce digna habeatur, etiam nos approbamus, utque publici iuris fieri possit, servatis alijs servandis, quo ad nos spectat, his præsentibus manu propria signatis, ac sigillo maiori officij nostri roboratis prædicto Patri copiam prælibenter facimus. Ex Conobio nostro Pictaviensi die 22. Septembris 1648.

FR. INNOCENTIUS MINISTER GENERALIS.

APPROBATIO ORDINARIJ.

**R**euerendissimus Dominus P. FR. HIERONYMVS DE LANVZA Episcopus Barbafronsis & Albarrazinus Ord. FF. Prædicatorum, in lucem dedit Hispanico idiomate rarum & præclarum opus Homiliarum Quadragesimalium, quo quia omnes vii non poterant, utpote illius lingue extra Hispaniam pro maiori parte ignari, diu multumq; desiderata fuit eiusdem operis versio in linguam latinam, quam fideliter feliciterq; per fecit R. P. ONESIMVS DE KIEN IPRENSIS Capucinus & exinde de verbi Dei præc. nibus per optime meritis ut fructus insequatur quos intendit ad Dei honorem & animarum salutem prælo mandatur cum alicui quarto indice adagiornm Hispanicorum Dabam Mechliniæ 5. Octobris 1647.

ALEXANDER VANDER LAEN S. Theol. Licent.  
Archipresbyter Canonicus Ecclesie Metropolitana  
Mechliniensis Librorum Censor.

SVMMA